

Año 1796. N.º 37

C-26. IV. Varios,  
n.º 2

Ex. Señor Director, y socios de la  
Sociedad Económica de Amigos del País  
de esta Ciudad.

Con fecha de 24 de Marzo ha recibido este  
Real Colegio la plausible noticia de haber  
aprobado S. S. los Milagros de su Venerable  
Fundador y Señor, é incluye á V. E. un exem-  
plar de su Decreto.

Dios guarde á V. E. muchos años. Valen-  
cia y Real Colegio de Corpus Christi 20 de  
Abril de 1796.

Ex. Mo Señor

B. L. M. de V. E.  
su atento servidor y Capellan

D. Josef Mas y R.º  
97

# DECRETUM.

VALENTINA

BEATIFICATIONIS ET CANONIZATIONIS

VENERABILIS SERVI DEI

IOHANNIS DE RIBERA

PATRIARCHAE ANTIOCHENI

ET ARCHIEPISCOPI VALENTINI

SUPER DUBIO

*An et de quibus Miraculis constet in casu et ad effectum, de quo agitur.*

**C**atholicae Ecclesiae Episcopi, quo magis in sublimi loco sunt, tamquam in specula collocati, ut prospiciant, ne hostili vitiorum incursione pax christiana turbetur, eo magis spiritalium hostium telis obiecti, praeter ceteros protecti virtutibus sint oportet, ut dum alios metu vacuos sua vigilantia reddunt, seipsos quoque incolumes in tanto discrimine tueantur. Hinc si seipsos commisso sibi populo praebeant, non modo strenuos, quos tuto sequatur duces, sed etiam perfectionis, quae quisque imitetur exempla; ipsorum nomina heroicis inter christianae religionis viros praecipua decet laude atque praedicatione decorari.



# DECRETO.

CAUSA DE VALENCIA

DE BEATIFICACION Y CANONIZACION

DEL VENER. SIERVO DE DIOS

JUAN DE RIBERA

PATRIARCA DE ANTIOQUÍA

Y ARZOBISPO DE VALENCIA

SOBRE LA DUDA

*Si consta de algunos Milagros, y de quáles, en el caso y para el efecto de que se trata.*

**L**os Obispos de la Iglesia Católica, quanto están colocados en lugar mas eminente, como en atalaya, para cuidar que no perturben la paz christiana las hostiles invasiones de los vicios, hallándose por lo mismo mas expuestos á los tiros de los enemigos espirituales; tanto conviene que estén mas armados de virtudes que los otros, á fin de que mientras desvanecen con su vigilancia el miedo de los demas, se mantengan ellos mismos igualmente seguros en tan arriesgada situacion. Por tanto, si con el pueblo que les está cometido se muestran no solo esforzados Xefes á quienes siga con seguridad, sino tambien modelos de perfeccion que cada uno imite; corresponde que sus nombres sean honrados con especiales



Hac sane virtutum complexione *Venerabilem Dei Servum IOHANNEM RIBERA* clarum atque insignem fuisse, etsi satis innuerat S. PII V. iudicium, qui eum Episcopatu, quem invitus susceperat, sese abdicare volentem, honorificentissima gravissimaque epistola ab ea cogitatione revocavit; luculentius tamen, certiusque potuit tum VI. Idus Decemb. anni MDCCLIX., christiani herois appellatione ipsi a CLEMENTE XIII. Pont. Max. sancte tributa; tum hodierno die, quo Sanctissimi Domini nostri PII PAPAE SEXTI Decreto, *Miraculis duobus* eius patrocinio adscriptis, bis heroicis eius virtutibus testimonium fuisse impartitum coelitus edocemur.

Atque eo quidem non sine diligenti atque acri disquisitione perventum est: de tribus enim, quae supra naturae vires contigisse sanationes, testes ex formula interrogati adfirmabant, ter, de more, frequenti coetu, in Sacr. Rituum Congregatione actum est; nempe primum in aedibus Reverendissimi Cardinalis ANTONII AB AVRIA Causae Relatoris VI. Idus Februar. anni MDCCLXII., deinde in Palatio Apostolico Vaticano XIII. Cal. Februar. superioris anni; postremo in eodem Palatio VII. Cal. Mart. huius anni, SUMMO PONTIFICE praesidente. Cui licet congregati Patres auctores fuerint, duas ut priores sana-

*timbres y elogios entre los héroes del Christianismo.*

*Que en este conjunto de virtudes fué ilustre el Venerable Siervo de Dios JUAN DE RIBERA, aunque lo insinuó bastante el dictámen de S. PIO V. quien con una carta muy digna y honorífica le retraxo del intento de dexar el Obispado, que contra su voluntad habia recibido; todavía se ha evidenciado con mas claridad y certeza ya en el dia 8 de Diciembre de 1759, declarándolo héroe christiano CLEMENTE XIII. Pont. Max., ya en el dia de hoy en que por Decreto de nuestro Santísimo Padre PIO PAPA SEXTO, declarándose obrados por su intercesion dos Milagros, nos da el Cielo á entender que quedan confirmadas con duplicado testimonio sus heroycas virtudes.*

*Y á este estado ha llegado la Causa no sin cuidadosas y eficaces diligencias: pues en la Congregacion de Sagrados Ritus se ha tratado, segun estilo, en tres sesiones muy concurridas sobre tres curaciones, que los testigos legítimamente examinados afirmaban haber acaecido sobrenaturalmente; á saber: primero en el Palacio del Rev. Cardenal ANTONIO DE DORIA Relator de la Causa en 8 de Febrero de 1792, despues en el Palacio Vaticano en 20 de Enero de 1795, y últimamente en el mismo Palacio en 23 de Febrero del presente año presidiendo el SUMO PONTÍFICE. En cuya Congregacion aunque los vocales fuéron de dictámen, que se calificasen sin duda alguna de*

tiones inter Miracula sine dubitatione referret; ipse tamen DEUM O. M., ut rectum sibi daret iudicium, diutius oraturus, nihil in praesenti decrevit. His vero transactis diebus, cum satis prudentiae ac religioni fecisset, praeterire Martium mensem noluit, in quo *Venerabilis Dei Servus* in lucem editus fuisse traditur, quin de tanto eius honore iudicaret. Quare hodierno die, quo S. IOSEPHVM B. M. V. Sponsum colit Ecclesia, accitis in idem Palatium Reverendissimis Cardinalibus ARCHINTO Episcopo Sabinense Congregationi Praefecto, et ANTONIO AB AVRIA Causae Relatore, nec non R. P. Hieronymo Napulionio Fidei Promotore, meque infra-scripto Secretario, postquam ad aram religiosissime fecisset, rite pronunciavit: *Constare de duobus Miraculis tertii generis a Deo, Venerabilis Servi Dei IOHANNIS RIBERAE gratia patratís, nempe I. Instantanae perfectaeque sanationis Hieronymi Herrero annis sexaginta maioris ab inveterata inferiorum artuum paralyti, apoplexiam consequuta. II. Subitae et perfectae sanationis Chrysogoni Almella a vehementi inflammatione ventriculi, febris ardentissima aliisque stipata symptomatibus, statim, et omnino viribus restitutis.*

Atque hoc Decretum in vul-

*Milagros las dos primeras curaciones; sin embargo el mismo SUMO PONTÍFICE, para rogar por mas tiempo al OMNIPOTENTE le diese acertada deliberacion, nada decretó por entónces. Pero despues de estos dias, habiendo satisfecho á la prudencia y á la religion, no quiso que pasase el mes de Marzo, en que se dice nació el Venerable Siervo de Dios, sin que se decidiese de tan grande honor suyo. Por lo qual en el dia de hoy, en que la Iglesia obsequia á SAN JOSEPH Esposo de la Bienaventurada Virgen María, convocados en el mismo Palacio los RR. Cardenales ARCHINTO Obispo Sabinense Prefecto de la Congregacion, y ANTONIO DE DORIA Relator de la Causa, y tambien el R. P. Gerónimo Napulioni Promotor de la Fe, y yo el infrafirmado Secretario, habiendo celebrado con la mayor religiosidad, declaró legítimamente: Que consta de dos Milagros de la tercer clase obrados por Dios á intercesion del Venerable Siervo de Dios JUAN DE RIBERA, á saber; el I. de repentina y perfecta curacion de Gerónimo Herrero de mas de sesenta años de edad de una parálisi inveterada de medio cuerpo abaxo, seguida á una apoplexía. El II. de repentina y perfecta curacion de Crisógono Almella de una vehementemente inflamacion del ventrículo, complicada con ardentísima calentura y otros síntomas, recobrando en el momento todas sus fuerzas.*

*Y mandó que el presente Decreto*



gus edi , et in acta S. R. C. re-  
ferri iussit. XIV. Calendas Apriles  
MDCCXCVI.

J. Card. Archinto Praefectus.

se publicase y se insertase en las Ac-  
tas de la Congregacion de Sagrados  
Ritus. 19 de Marzo de 1796.

J. Card. Archinto Prefecto.

Loco ✠ Sigilli.

Lugar ✠ del Sello.


D. Coppola S. R. C.  
Secretarius.

D. Coppola , Secretario  
de la Cong. de Sag. Rit.

Se concede la licencia para la impresion.  
Llamas.

---

EN VALENCIA : En la Imprenta de los Hermanos de Orga. Año MDCCXCVI.



re  
ento  
ca  
e  
i  
l  
ma  
no  
del  
1776  
como  
veron  
re no  
nada  
o  
o